

beti ordinem interpretatio, cujus
litera capitalis D. nobis *Hierony-*

Finito libro sit laus et gloria Christo.

Locum eum in Bibliotheca sacra
omnino mereri, fuisseque olim ho-
minis Itali κτημα censemus; ad
finem enim L. I. *Machab.* ita dia-
lecto Veneta scriptum habetur:
Qui se facziano due homini che gio-
streno. Neglexit tamen mandatum
Pictor.

XVII. VII B 4.

81 Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. nunc 424. f. per
duas columnas probe exaratus,
Librorumque initiis deauratis,
picturisque, propter quae tamen
ab improbo homuncione exectio-
nem hinc inde passus est, conti-
net *Sacra Biblia ex interpretatione*
vulgata U. T. cum *Prologis*
Hieronymianis. *Genesis*, *Exodus*
et *Leviticus* primo folio mulctan-
tur. Libri itidem *Josue*, *Judicum*
et *Ruth.* *Paralipomenon* I. libra-
rii errore inscriptus est *secundus*.
Ita et *Esdrae* III. ob praecedentem
Nebemiae Librum *secundus*
adpellatur. *Tobias*, *Judith*, *Est-*
her, *Job* integra sunt. Ad cal-
cem *Psalterii* legitur: *Expliciunt*
psalmi dauid uel spiritus almi. Se-
quuntur opuscula *Salomonis*, item
Sapientia, *Ecclesiasticus*, *Prophe-*
tae, et *Jeremias* quidem sine, *Bar-*
ruch initio mutilus. *Minores* con-
suetis *Summariis* instructi sunt. Li-
ber II. *Machab.* rursus sine, et
Matthaei Evangelium principio

num Monachi habitu objicit. Co-
dicem sic terminat Librarius:

caret. *Evangelia* excipiunt *Epi-*
stolae Paulinae cum suis *Argumen-*
tis, *Actus Apostolorum*, *Canonicae*
Jacobi, *Petri*, *Johannis*, *Judae.*
Job. I. c. 5. testimonio terrestri
haec verba desunt: *et hi tres unum*
sunt. *Apocalypsis* a medio C. 21.
deficit.

XVIII. VIII A 17

51 Codex membraneus lat. Sec. 5^a
XV. Folior. nunc 367. f. per
duas columnas caractere medio-
cri, crasso exaratus, literisque
initialibus pictis, exhibet *Biblia*
V. et N. T. ex interpretatione
vulgata a quodam, qui *Job. Hus-*
si placita sectabatur, ut videtur,
perscripta. *Fol.* I. p. 2. doce-
tur, quatenam S. Scripturae par-
tes per annum in divinis officiis
legantur hac rubrica: *Hij sunt li-*
bri autentici. et hij in diuinis offi-
ciis legendi. Singulis libris adscri-
bitur autor, idque sat confiden-
ter. Sequitur *monitum* ad lectorem
de notis criticis, quae compluri-
bus horum Bibliorum locis et ver-
bis adpositae sunt, quod incipit:
Quoniam super omnes scripturas
uerba sacri eloquii necesse est, ut
in fundamento veritatis firmiter in-
nitantur &c. *Monitum* excipiunt
VII. *Ticonii* vel *Tychonii* homi-
nis Afri *Donatistae Regulae* de
explicatione S. Scripturae totidem
hexametris inclusae, quae cum in